

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Disputatio Theologica Solennis De Termino Salutis  
Humanae Peremptorio**

**Neumann, Johann Georg  
Green, Georg Sigismund**

**Vitembergae, 1700**

§. I

**urn:nbn:de:bsz:31-105555**

hæc præcipitia dolemus : nec, quas tam operose conquirit rationes, istius profecto momenti sunt, ut confutari singulæ mereantur; cum & semetipsas tollant subinde, & propria concidant fragillitate; Qvin potius Antesignani expendemus asserta, & hujus potissimum investigabimus mentem; ne vetus illud Sectariorum effugium opponat, deteriores Magistro discipulos fieri, optimeque cogitata in pessimum quandoque sensum detorqveri. Itaque, cum non de re ludicra disceptetur, sed de gratia Dei, ipsaque æterna salute, ad quam votis omnibus adspiramus; id in primis dabimus operam, ut, procul omni contendendi libidine, persequamur negotium, & quoad fieri potest, brevissimè, ipsius rei nervum incidamus. *Benedicat nobis Deus noster, benedicat nobis Dominus noster, suamque nobis gratiam impetietur!*

## SECTIO I.

### §. I.

**P**rimum omnium de mente Dissidentium constare oportet, ut hinc controversiæ status rectius innotescat, & omnes adeo evitentur ambages. Ipsa loquendi ratio, *de termino peremptorio*, cum nec in Scripturis obvia sit, nec in Ecclesia hætenus audita; ex Jctorum foro, ut apparet, desumpta est, atque ad describendam œconomiam salutis traducta. Primus autem, quod sciam, ad hoc negotium eandem applicuit D. Spenerus, cum explicato *Luc. XIII. v. 7.* ita pergit: Dieses gehöret also unter die Geheimnisse der göttlichen Gerichts-Engley / wie weit oder nahe Gott einem jeden seinen Terminum peremptorium, nach welchem kein weiterer Verzug gegeben werden soll / bestimmet. Bey der ersten Welt vor der Sündfluth warens 120. Jahr / die Gott noch wartete / zu andern Zeiten / magß eben nicht so lange gewehret haben. So wäre

wäre es vermessen / wo sich iemand unterstehen wolte / selbst zu bestimmen / ohne daß GOTTES Wort ihm vorgehet / wie lange GOTT noch diesem oder jenem werde zusehen / oder nicht. Indeffen sehen wir gleichwohl dieses : es solle nicht allezeit solche Frist und Gnaden-Zeit wehren / sondern sie höre endlichen auff. *Part. II. Buß-Pr. p. 261.* prolixior est locus, & ille ipse, quo se ad edendum de Termino peremptorio, librum, commotum fuisse scribit auctor M. B. Dieses Zeugniß Herr D. Spenerus, ist ziemlichen theil / zu diesem Büchlein die Ursach gewesen *Tr. p. 247.*

## §. II.

Ut proinde peremptorium edictum Ulpiano est, quod perimit tollitque disceptationem, nec patitur adversarium tergiversari: indeque pro contumaci habetur, qui tribus edictis propositis, vel uno pro tribus, vel literis etiam provocatus, praesentiam sui facere contemnit: ita illi, DEO affingunt peremptorias hujusmodi denunciationes, quibus vocentur homines, ac nisi intra definitum à DEO tempus veniant, agantque poenitentiam, à gratia & salute penitus excludantur. GOTT hat seine Zeit gesetzt / wenn / und auff was Art / er sonderlich in jedes Seele wirken will / wie denn der Wind bläset / wo er will / *Job. III. 8.* nicht / wenn und wie wir wollen. Wer nun zu solcher Zeit GOTT nicht mit sich handeln läßt / (hic terminus esto) so kan es seyn / (enquam sceptice!) daß ihm wohl sein lebtage / oder lange nicht so gut werde / *D. Spen. Leb. Pfl. p. 396.* Affecla vero doctoris sui legit vestigia: Diese Zeit aber / welche GOTT oft ganzen Gemeinen / auch jeden Menschen / sonderlich zur Buß und Annehmung bestimmet hat / nennen wir mit Herr D. Spenern / Terminum peremptorium, weil nemlich über dieses gesetzte Ziel kein ferneres übrig / NB. noch dem Sünder sich zu bekehren möglich ist / *M. B. p. 38.*